Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26540
Copyright: Admont, Benediktinerstift



feriuntur · & seruos esse carnalium desideriorum ·
nondum doctos in libertate spiritus sancti · ut iam
non confidant in homine · & non audire
quod dextrum est · idem domini gloriam per catho
licam ecclesiam latissime peruagatam · & audi
re sinistrum humane inflationis errorem ·
S; tamen cum dicat dominus in euangelio · cum per
omnes gentes euangelium fuerit predicatum
tunc finem esse futurum · quomodo isti dicunt ·
quod iam cete gentes omnes ceciderunt a
fide · & in sola parte donati remansit
ecclesia · cum manifestum sit · ex quo ista pars
ab unitate precisa est · non nullas gentes post ea
credidisse · & adhuc esse aliquas que non
dum crediderint · quibus cottidie non cessatur
euangelium predicari · Quis non miretur esse aliquem
qui se xpianum esse dici uelit · & aduersus
xpi gloriam tanta impietate rapiatur ·
ut audeat dicere omnes populos gentium ·